UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus bannitorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

extra de vit.ꝛ hon.cler.ꝛ in §.ope.Inſti.de obli. que ex delic.fa-
cit etiã decretalis mulieres.in fi.extra de ſen.excõ. ibi not.in gl.
iuncta decre.quante.ꝛ ibi tex.no.in eo.tit.cum ibi alle.in gl.Fa-
cit xi.q.iij.c.quoniã multos.Facit.l.is qui opem.ff.de fur.iũcta
l.verũ.ꝛ eſt glo.multũ no.in l.iubemus nulli poſt hac.ij.§.ſane.
circa fi.C.de ſac.eccle.iuncta l.ſi quẽquã.eo.tit.Facit.l.adigere.
in princ.ff.d iure pat.iuncta l.liberorũ.in fi.ff.de his qui not.in-
fa.concor.tex.ad literam in c.j.extra de offi.deleg.cũ infinitis ſi.
Unde amodo ſufficit mihi quod homo peccauit.pena enim de
bet ſecundũ iura correſpondere culpe quare peto ad hoc vt ſer-
uetur equalitas cum ſicut ego per peccatũ ſum dãnatus ſic ho
mo qui peccauit,ſimiliter condẽnetur.Cõmiſit enim homo cri-
men leſe maieſt.vnde ipſe cũ heredib9 ſuis eſt merito dãnãdus.
Scriptum eſt enim quod filij paterno debent perire ſupplicio,
in quibus hereditarij criminis exẽpla metuũtur, vel quiſquis.
circa prin.C.ad leg.Iul.maie.extra de ho.c.ſicut dignũ, cum ſi.
Aduocata reſpondit,Audi fili mi,qui ſemper ſis benedictus ſu
per omnem creaturã,in cuius nomine flectitur omne genu cele-
ſtiũ terreſtriũ,ꝛ infernorũ dicit iſte verſutus ꝙ homo peccauit
contra bonitatem infinitã,ergo eſt puniẽdus in infinitum. Ad
q rñdeo ꝛ dico ꝙ vos fili mi,eſtis De9 ꝛ homo,ꝛ eſtis bonitas
infinita,ergo homo peccauit contra vos ergo vobis eſt iniuria
illata,quã remittere poteſtis,vt j.dicet,quia aut vult dicere iſte
verſutus ꝙ homo ex leuitate ꝓceſſit ad peccandũ, ꝛ tunc nõ eſt
condẽnandus.Aut proceſſit ex inſania,ꝛ tũc ſibi eſt miſerandũ.
Aut ex iniuria,ꝛ tunc eſt ſibi iniuria remittenda.textus eſt mul-
tũ no.in l.j.C.ſi quis Impe.ma.Sic ergo concludetur ipſum nõ
debere puniri nec condẽnari.Rñd.demõ:ego bene dixi.s.ꝙ du
rum mihi erat habere matrẽ iudicis aduocatam cõtra me,vt C.
de aſſeſ.ꝛ dome.l.domeſticus.ꝛ dixit Regine celorũ,Uos male
facitis.qꝛ nõ vultis ꝙ homo puniat de peccato cõmiſſo, ꝙ eſt
cõtra l.ſancimus.C.de pe.ꝛ xiij q iiij.c ſi quis.Tunc dixit Ieſ9
demoni,Sile amodo,qꝛ bene ſcis ꝙ i cruce pepẽdi ꝑ redẽptiõe
generis humani,qđ ſemel ꝓpter peccatũ dãnatũ fuerat.Unde
nõ eſſet iuſtũ, ꝙ d eodẽ peccato his cõtra genus humanum ſen
tentiã ꝓferamus,arg.ff.nau.cau.ſtab.l.licet gratis.§.fi.in fi.vbi
dicit,qđ nõ debet ſepe de delicto eiuſdẽ hoĩs queri.Expectãdũ
eſt ergo vſq ad diẽ iudicij,qꝛ tũc malos male pdã, bonos autẽ
faciã in celeſti gaudio triũphare.Dixit demõ,Dñe Ieſu Chri-
ſte Rex glorie,noli ſic interloqui,qꝛ tu bene ſcis,ꝙ homo pecca
uit infinite,vnde ad olim,ꝛ ad hodie extendit pena ſua,eſt ergo
hodie puniendus,qꝛ lex hodie loquit.l.Arriani,C.d heret.ꝛ in
oĩbus auth.q ĩcipiũt, ſz hodie,ꝛc.Rñdit aduocata,Tu falſe cõ
cludis ꝛ ſcis,ꝙ nõ ꝓbat hoc eſſe ꝙ ab hoc cõtingit abeſſe.l.non
nudis.ꝛ l.nõ epiſtolis.ꝛ l.neq natales.C.d ꝓba.ſcis eñ ꝙ ſi q
culpa i homine fuit,ꝙ nõ credo,fuit ꝑ gratiã abolita,ꝛ miſericor
diam cancellata,cum nullatenus eſt in culpa nõ eſt aliqualiter
puniẽdus nõ enim credas ꝙ precibus tue calamitatis facias iu
dicẽ lachrymari,hoc enim eſſe nõ dz,vt l.obſeruãdum.§.ſed ꝛ in
cognoſcẽdo.ff.de offic.pſi.ꝛ ibi tex.facit.l.quiſqs.C.d poſtu.vñ
eſt bonũ obuiare malitijs tuis, ꝛ te perturbare peruerſum,qꝛ ſi
ſic nõ fieret,nihil aliud eſſet ꝙ fauorẽ impietati pro viribus im-
partiri qđ eſſe nõ debet,vt in Decretis xxiij.q.iij.c.qui põt ob-
uiare.cũ ſi.Tunc dixit demõ ad Ieſum,Dñe,peto iuſtitiã exhi-
beri,aliter non eſt aliquo iudicio premunita perſona tua,ſi in te
defecit iuſtitia qꝛ deficiente iuſtitia,nõ es iudex,vt in Decretis
xxiij.q.ij.c.iniuſtum eſt Rñdit aduocata.Adhuc loqueris male
12 dicte:†ſcis enim qđ Deus creauit hominẽ ad imaginẽ,ꝛ ſimili
tudinẽ ſuã,vt C.de penis.l.ſi qs in metallum.ꝛ ipſum hominẽ
voluit eſſe heredẽ vite eterne:quã olim ꝓmiſit Abrahe ꝛ ſemini
eius.Igitur humanũ genus nõ debet eſſe tuũ.ſed debet celeſtis
glorie gaudio collocari.Rñdit demon,Tu ſcis aduocata,quod
Deus creauit hominẽ,ſed vnũ ſcio qđ ipſum creauit cũ ſapien-
tia:ſi ergo ſapiẽtiã habebat ꝛ ipſe in ſua ſapiẽtia peccauit,ergo
ſcienter,ꝛ doloſe peccauit,ꝛ ſic dolus ſuus ſibi patrocinari non
debet,vt extra de dolo.c.ex literis.circa finẽ.cũ ſi.ergo venit pu
niendus,ꝛ ſic pronunciari peto.Reſpõdit aduocata,Sile amo-
do fili iniquitatis,nõne dixi tibi quod homo propter fragilita-
tem mulieris inductus fuit ad peccandũ:Certe ſic,vnde homo
13 non venit puniẽdus,ſed tu diabole maledicte.†Quia qui occa-
ſionẽ dãni dat,dãnum dediſſe videt,vt s.dixi in l.qui occidit.ff.
ad l.Aquil.cum ſi.non enim eſt modo ſuper hoc inſiſtendũ am-
plius,qꝛ ſatis diſputatum eſt,ꝛ multa dixi,que reepilogare non
erat neceſſe ꝛ multis vti iuris articulis nõ eſt idẽ dicere,ſed ſe
eſt ipſis loquacibus adaptare,vt eſt tex.in l.in cuius.§.cũ qs.ff.
de lega.ij.imo qđ plus eſt,effuſo ſermone loqui,vt l.finali ĩ fine.
C.de do.promiſ.modo enim cognoui omnia contraria tua,ſicut
etiam primitus cognoſcebam.Nam,cognito vno contrariorum,
cognoſcitur ꝛ reliquum,vt Inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.
in princ.ff.de verbo.oblig.l.vbi autem nõ apparet.ꝛ xxxij.q j.c.

cum renunciatur.Peto ergo fili mi chariſſime Rex glorie,ꝛ mun
di ſaluator,vt in fauorẽ generis humani ſententiam proferatis,
ipſumq genus humanũ ab impetitione procuratoris nequitie
infernalis,alias penitus abſoluẽdo.Ieſus autem iuſtus iudex
precepit Angelo Gabrieli vt tuba aurea citaret beatam Uirgi-
nem Mariam aduocatam humani generis ex vna parte,ꝛ pro-
curatorem nequitie infernalis ex alia,ad ſententiam audien-
dam die paſchatis reſurrectionis Ieſu Chriſti,ꝛ ita factum eſt
per Angelum Gabrielem.Ieſus autem adueniente die ſenten-
tiam pro tribunali protulit hoc modo,In eterni nomine amẽ.
Nos Ieſus mundi ſaluator,viſa citatione contra genus huma-
num,viſa etiam charta a procuratore producta,ꝛ allegata per
procuratorem nequitie infernalis, viſis etiam allegationibus
factis per Mariam virginem aduocatam humani generis,vi-
ſis poſitionibus reſponſionibus,ꝛ exceptionibus,ꝛ replicatio
nibus,etiam iuribus ambarum partium,ꝛ his omnibus viſis
conſideratis que in predictis ꝛ circa predicta videnda,ꝛ conſi-
deranda fuerunt ſedentes pro tribunali ad noſtrum ſolitum bã
chum iuris poſitum ſuper thronos angelorum in celeſti palatio
noſtro,vbi reſidentiam facimus perſonalem,humanum genus
hac mera diffinitiua abſoluim9,ꝛ ab impetitione procuratoris
nequitie infernalis reddimus abſolutum cum hoc conſonet ſan
ctiſſimis ſcripturis ꝛ iuridice veritati,quam in hoc ſequi volu-
mus,ipſumque procuratorem nequitie infernalis,ꝛ nunc pre-
cepimus ad damnationem inferni perpetuam penitus ambula
re,vbi eſt fletus,ꝛ ſtridor dentium infinitus,Receſſit diabolus
ſciſſis veſtibus,ꝛ dolore perterritus ad infernos maledictus,
Lata,data in his ſcriptis pronunciata,ꝛ promulgata fuit s.
ſcripta ſententia in omnibus,ꝛ per omnia prout ſuperius con-
tinetur,ꝛ ſcriptum eſt per s.dictum dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum pro tribunali ſedentem in ſupradicto loco preſenti-
bus s.ſcriptis partibus,lecta ꝛ vulgarizata per me Ioan.Eua
geliſtam notarium do.noſtri Ieſu chriſti ꝛ dicte curie ſcribam
publicum,preſentibus Ioan.Baptiſta,Fran.ꝛ Dominico cõ-
feſſoribus.Petro ꝛ Paulo principibus apoſtolorum,ꝛ Mi-
chaele archangelo ꝛ multis alijs ſanctis in multitudine copio-
ſa.Teſtibus ad hec vocatis,ꝛ habitis,ꝛ rogatis,Anno domi-
ni Mcccxj.ind.ij.die vj.menſis Aprilis,Tunc angeli vidẽtes
hec,ꝛ chorus celeſtis ceperunt alloqui virginem glorioſam dicẽ
tes,Salue regina mat miſericordie,vita,dulcedo ꝛ ſpes noſtra.
¶Explicit proceſſus ꝛ tractatus queſt.ventilate corã Domi-
no noſtro Ieſu Chriſto inter virginem Mariam aduocatam
humani generis ex vna parte,ꝛ diabolum contra genus huma-
num ex alia parte compoſitus, ꝛ compilatus per eximium le-
gum doct.do.Bart.a Saxofer.ciuem Peruſi.cuius anima re-
quieſcat in pace,Amen.

Tractatus bannitorum.

1 ☞Bannitus non equiparatur damnato vltimo ſupplicio,
efficitur ſeruus pene.
2 Sententia que ſuſpenditur per aliquam conditionem
citam,non inducit capitis diminutionem.
Dãnatus ad mortem in preſentia,ſtatim efficitur ſeruus pene.
3 Bannitus non equiparatur deportato.
4 Preſes prouincie,ꝛ magiſtratus municipales non poſſunt de-
portare.
5 Bannitus non efficitur infamis.
6 Bannitus non equiparatur relegato.
7 Bannitus nõ equiparatur excommunicato,ꝛ de vno ad aliud
licite non arguitur.
8 Bannitus,qui ex forma ſtatuti impune occidi poteſt,equipara-
tur trãſfuge.Et trãſfuga dicit.Itẽ dicitur hoſtis ſue ciuitatis.
9 Subditus rebellans domino,vel poteſtati dicitur hoſtis.
10 Bannitus perdit tantummodo iura ciuitatis,a qua ex bãnitus
eſt in eius fauorem facientia,non autem ius gentium,nec ci-
11 Opi.Ia.de Are,vt plurimum videtur de mente iuris.
12 Bannitus teſtamentum facere poteſt ſecundum ius commune,
non ſecundum iura ſue ciuitatis.
13 Bannitus non poteſt heres inſtitui in teſtamento condito ſe-
cundum iura ſue ciuitatis,ſed ſecundum ius commune ſic.
14 Bannitus non ſuccedit ab inteſtato reſpectu ſtatutorum ſue ci-
uitatis,ſed iuris communis ſic.
15 Bannitus,qui non poteſt impune occidi,licet offendens eum
mitius puniatur,non dicitur tranſfuga,retinet etiam iura ſue ci-
uitatis,ꝛ equiparatur vilibus perſonis.

16 Banniri quis poteſt iure communi.
17 Bannitus iure communi ea perdit, que in bãno exprimuntur.
18 Bannitus de iure communi non habetur pro confeſſo, ſicut bã
nitus ex forma ſtatutorum.
19 Iudex non poteſt ponere quem in bãno quod termino elapſo
poſſit impune occidi.

a PRimo videamus, a vtrũ† bã-
1 nitus equiparetur dã
nato vltimo ſupplicio, vel ad beſtias
⁊ ſic efficiat ſeruus pene, quod vide-
tur: quia damnatus ad mortẽ etiam
hodie ſeruus efficit, vt not. C. de do.
inter virum. ⁊ vxo. auth. ſed hodie et
ff. de pen. l. qui vltimo. ſed talis erat
bannitus ad mortem, vt probatur, er
go, ⁊c. Contrarium dicas, quod non
efficitur ſeruus pene. Nam ſententia que ſuſpenditur per ali-
quam conditionem tacitam, vel expreſſam non inducit capitis
diminutionem, vt ff. de iniuſt. teſt. l. ſi quis filio exheredato. §.
eius qui deportatur. ⁊ de lega. iij. l. j. §. hi quibus. de pe. l. j. §. i.
Sed iſte eſt condemnatus ad mortem ſub iſta conditione, ſi in
fortiam peruenerit, ergo ⁊c. ℂ Preterea, nullus ſuperuiuens
hodie efficitur ſeruus pene ex ſententia, vt d. l. j. de pen. ⁊ d. au-
then. ſed hodie. dic vt ibi no. hic ergo bannitus, ⁊ cõdemnatus
in abſentia ſuperuiuit, ergo, ⁊c. Dices tu, expreſſa conditio, que
tacite ineſt, habet ſuſpendere conditionem. l. hec verba, cum
ſimi. de leg. j. ℂ Secundo: quia illa lex loquitur quo ad tranſmiſ
ſionem ad heredes, ſed quo ad obligationis effectũ nulla diffe-
rentia eſt inter expreſſam ⁊ tacitam, vt l. item quia. ff. de pac. fa-
2 teor tamen ꝙ ſi eſſet in preſentia, ⁊ eſſet damnatus ad mortem,
ſtatim etiam hodie efficeretur ſeruus pene, vt dictis iur. nec va-
leret eius teſtamẽtum. ff. de teſtam. l. eius qui. ⁊ ibi no. ⁊ melius
per Dy. quia ibi glo. in aliquo non bene dicit. ℂ Tertio videa-
3 mus vtrum† equiparetur deportato. gl. que eſt Inſti. qui mod.
ius pa. po. ſol. dicit quod ſi banniti publicẽtur de iure, vel de cõ-
ſuetudine, equiparetur deportato, ⁊ idem dicit gl. in cap. hic fini
tur lex. Contrarium credo, videlicet quod non equiparetur de
4 portato, quod ſic probo, Preſes prouĩcie ⁊ † magiſtratus muni
cipales non poſſunt deportare, vt ff. de leg. iij. l. j. §. deportatos.
de iniuſt. teſta. l. ſi quis. §. eius qui. ⁊ de offi. preſi. l. illicitas. §. ve
ritas. Si ergo non poſſint ipſi, multo minus poterit Poteſtas
vnius ciuitatis, cum exbanniti ab eis non equiparentur depor-
tatis. Preterea, ſententia deportationis non fertur in abſen-
tes. ff. de pen. l. abſentem. ſed bannum fertur in abſentem, ergo
non equiparatur deportato. Preterea deportatus perdit iura
ciuilia romanorum. ff. de pen. l. quidam. Sed ſi diceremus talem
bannitum equiparari deportato, talis bannitus perderet Ro-
ma. ciuita. ⁊ iura ciuium Romanorum. ℂ Secundo vnus iudex
extenderet iuriſdictionem ſuam contra. l. inter penas. in princi.
⁊ l. relegatorum. in princip. ⁊ in §. ad tempus. ff. de interdic. ⁊ re-
lega. Preterea fama eius qui deportatur, diminuitur: quia effi-
citur infamis, imo eius fama in totum tollitur, vt ff. de varijs ⁊
5 extr. cog. l. cognitionum. §. fina. Sed exbannitus† non efficitur
infamis: quia edictum propoſitum in abſentem de maleficio nõ
infamat niſi de facto vt de requir. re. l. fina. Nam expreſſe dici-
tur bannitus condemnatus extra ordinem, vt in gloſſ. de mõdo
mul. lege prima. Facit quod dicitur in l. iij. §. preterea. ⁊ ibi not.
per Dyn. de ſuſpectis tutorib. ergo patet quod non equipare-
tur deportato. Preterea, non reperitur lege cautum, ꝙ deportã
tus poſſit impune occidi, ſed bannitus poteſt impune occidi ex
forma ſtatutorum ergo, nõ equiparetur deportato. Preterea bã
nitus eſt tanquam ab ipſo principio contumax, ⁊ extra obedien
tiam cõmunis, ſed deportatus eſt obediẽs, ⁊ ſic, ſi poſt deporta-
tionẽ inobediens ſit, capite punitur. de pen. l. relegati. ⁊ l. capita
lium. §. in exulibus, ergo, ⁊c. Preterea, deportatum nemo põt
reſtituere, niſi princeps, vel ſenatus. de pen. l. relegati. in fin. ff.
de poſtu. l. j. §. de qua autem reſtitutione. ſed exbanniti tota die
reſtituũtur per communia, ⁊ eorũ rectores. ergo non equiparan
tur deportato, in iſta ſentẽtia eſt Iac. de Are. ⁊ no. Cy. C. de he-
red. inſtit. l. j. Et ita determinatũ fuit Bono. i pub. diſputa. per
6 do. Fed. ⁊ cõiter tenent Moder. ℂ Tertio videamus, † vtrum
equiparantur relegatis. Glo. que eſt in dicto. § relegati. dicit, ꝙ
quando bannitus non amittit bona, ꝙ tunc equiparatur rele-
gato. Item ſentit gloſſ. ff ex quibus cauſ. in poſ. eat. l. cognitio-
nem. in fi. vlti. glo. Contrarium credo verum. nam aliquis eſt ex
bannitus per ſolam cõtumaciam nulla de delicto precedẽte co
gnitione ſecundũ ſtatuta ⁊ conſuetudines Italie, ſed ſententia
relegationis licet in abſentẽ poſſet ferri, tamẽ debet cognoſci d
crimine, dicitur quod debet ferri in abſentes more priuatorũ iu-
diciorum, ſed conſtat, ꝙ in cauſis priuatorum non fertur in ab-
ſentes ſententia niſi cognitio de cauſa procedat, vt C. de iud. l. p
perandũ. §. ſin autẽ reus. ⁊ C. quomodo ⁊ quãdo iud. in auth. qui
ſemel. Pro hoc facit in auth. de inceſt. nupt. §. j. ꝙ ibi no. i prin.
magne glo. que incip. Ex hoc patet, ꝙ bannitus non equipara-
tur relegato. ℂ Primo relegatus eſt infamis, vt ff. de var. ⁊ ex-
traordi. cog. l. cognitionum. §. minuitur. ſaltem iterim, cum eſt in
relegatione, vt l. quid ergo. §. pena grauior. de his qui no. infa.
ſed bannitus non eſt infamis, vt ſ. dictum eſt. Preterea rele-
gato non poteſt dari licentia reuertendi, niſi a principe. l. relega
ti. ff. de penis. in fi. ſed exbanniti reſtituuntur a ciuitate: ergo ⁊c.
7 ℂ † Quarto eſt videndum, vtrum bannitus equiparatur ex-
communicato in omnibus, ita quod de vno ad alium arguatur.
Nam iſti exbanniti ſtatim elapſo bono habentur pro confeſſis
de maleficio, nec poſſunt innocentiam purgare, ſecundum ſtatu
ta ⁊ conſuetudines Italie, ſed excommunicati ſtatim preſtita ſa
tiſdatione de parendo mandatis iudicis abſoluuntur: vt extra
quod met. cau. c. j. ⁊ de ſent excom. c. nuper. ⁊ c. ſacro. in fi. Ex effe
ctu ergo patet ꝙ non procedit equiparatio. Preterea, excom-
municatus, a ſacramentis, ⁊ communione fidelium excluditur:
extra de ſentẽ. excom. c. ij. de ſenten. excom. c. ij. ⁊ c. pe. certum eſt
autem bannitum predicta non perdere. igitur, ⁊c. Preterea ſen-
tentia excommunicationis a iudice ſuo lata, valet apud omnes.
d. c. pen. ſed exbanniri non facit quem haberi pro exbannito, niſi
in illa ciuitate, vbi eſt exbannitus: ergo, ⁊c. Preterea non repe-
ritur ꝙ excommunicatus poſſit impune occidi: ergo, ⁊c. hoc in-
tellige, niſi excommunicatus eſſet incorrigibilis, vt xxiij. q. v. c.
excommunicatorum. ⁊ ibi not. ⁊ ſic videtur bona argumentatio
8 de vno ad alium ſimpliciter. Quid dicemus? Dico† talem ban-
nitum ex forma ſtatuti impune occidi poſſe ⁊ recte ⁊ proprie di-
ci trãſfuga ciuitatis ſue. ℂ Item proprie poteſt dici hoſtes ciui
tatis ſue, hoc probo tam ex modo conſtituendi, quam ex modo
conſtituti. Ex modo conſtituendi patet, ſicut ille dicitur tranſ-
fuga, qui ab alijs qui ſub imperio ſunt de cauſa deſiſtit in hoſtiũ
numero aliorũ exbannitorũ, ⁊ hoſtium ciuitatis ſue: ergo pro-
prie poteſt dici tranſfuga ciuitatis ſue. ℂ Item hoc probatur
ex effectu conſtituti. Nam licitum eſt trãſfugam impune occide-
re. ℂ Item exbannitus ſimpliciter redeundo ad ciuitatẽ ſuam
nõ recuperat eã. Sed poterit inſtare: hoſtes ſunt quibus popu
lus Roma. bella indixit, vel ipſi populo. ff. de capti. l. hoſtes. ſʒ
exbanniti non ſunt huiuſmodi: ergo, ⁊c. ſi non contulerunt ſe in
numerum hoſtium, ⁊ ſic non poteſt dici tranſfuga. ℂ Secundo
hoſtes inter quos habent locum iura captiuitatis, ſunt hi, de
quibus loquitur d. l. hoſtes. ſed alio modo loquendo videtur, qđ
ciuitas poſſit habere hoſtes ſuos, ſi ipſis bellũ indixerit, vt ff.
de capti. l. ſi quis ingenuo. §. fina. ⁊ not. in d. l. hoſtes. in j. gloſſ.
ſed talibus exbannitis indixit ciuitas bellum permittendo qđ
poſſunt occidi. ⁊ ſtatuendo officiales ad eos capiendos: ergo
9 ſunt hoſtes ciuitatis. ℂ Item quando ſubditus ſe rebellat † do
mino, vel poteſtati, dicitur hoſtis, vt C. de his qui ad eccl. con-
fu. l. ſeruus. in fi. glo. Pro hoc facit quod not. Cy. de iniu. l. ſi nõ
conuitij. in princip. ⁊ exbannitus poteſt dici tranſfuga ſue ci-
uitatis. Itaque poſſunt dici, hoſtes. Nam illi, quos ſenatus
etiam iudicat hoſtes, ſunt hoſtes populi Romani d. l. amiſſiõe.
verſ. ſed ⁊ hi. cum glo. ſua. ita illi ſubditi, quos commune iudicat
ſuos hoſtes, ſunt hoſtes ſue ciuitatis. ſʒ exbãniẽdo eos iudicat
ſuos hoſtes: ergo ⁊c. ⁊ poſſunt dici trãſfuge, ⁊ hoſtes ſue ciuita
10 tis. † Reſtat videre, quid bannitus amittit pro tali banno. Ad
quod vos debetis ſcire, qđ tranſfuge, ⁊ hoſtes populi Roma. vl
tra alias ciuitates perdunt Ciuitatem Ro. ⁊ omnia iura gen-
tium, vt d. l. amiſſione. ⁊ l. quidam ſunt ff. de penis. hoc veruʒ qđ
perdunt iura ciuitatis, Roma. inquantum reſpicit commodum
ſuum, ſed prout reſpicit incommodum iura ciuitatis Ro. rema-
nent apud eos ſecundum vnam ſolu. in l. poſtliminium. §. filius.
de capt. ⁊ probatur hic. ⁊ patet quia promittendo vobis, obli-
gat ſe ciuiliter, vt not. ff. de capt. l. tutelas. §. fin. Hoc etiam pa-
tet, quia lex ciuitatis. Romane que permittit eos occidi, eos li-
gat, vt C. de fic. l. iij. in fi. Sic itaque dico de tali bannito. Naʒ cũ
ipſe proprie ſit tranſfuga, ⁊ hoſtis populi ciuitatis, vbi eſt exbã
nitus, vt ſ. probaui, dico qđ exbannitus perdit illam ciuitatem,
⁊ omnia iura, ⁊ priuilegia illius ciuitatis. Iura autẽ gentiuʒ ita
iura cõmunia ciuitatis Roma. ſunt imperij Romani, ideo non
perdit ea. Nam non eſt tranſfuga Romani Imperij, ſed illius
ciuitatis tantũ, vbi eſt exbannitus, ⁊ ſic idẽ de parte quo ad par
tem, quod eſt de toto quo ad totũ. Preterea hoc eſt veruʒ, quia
ſi aliqs eſt tranſfuga, vel reprobatus ab aliquo collegio, iura ⁊
priuilegia illius collegij perderet, remanet tamen in diſpoſitio-
ne iuris communis, vt ff. de excu. tu. l. ſed ⁊ reprobari. ⁊ C. de epi.
⁊ cler. auth. generaliter. ⁊ C. de queſtioni. l. milites. de tabul. l. ij.
libro x. ita ergo, cum ipſe bannitus ſit remotus ex delicto ob

vniuerſitatem,perdet iura,⁊ priuilegia tantum ipſius vniuerſi-
tatis.pro hoc facit C.ſi curia. vel cohor.l j. in fine lib.x. Ad iſtã
11 topi.induco teſtem Jac.de Are.cuius opi.videtur eſſe de men-
te iuris,vt plurimum,qui hoc tenet,vt ff.ad S.C. Treb.l. ex fa-
cto.§.ex facto.⁊ inter cetera his verbis vtitur,Quod de banni-
tis noſtri temporis dicunt quidam idem,qđ in deportato, arg.
ĩ.de bo dam.l.j.ſed contrarium videtur:quia ſententia deporta-
tionis etiam a preſidibus dari nõ poteſt,vt ĩ.de pen.l.ij.de leg.
iij.l.j.§.deportatos.multo minus a ciuitatum rectoribus.nõ er-
go perdit que ſunt iuris ciuilis Romanorum propter bannum,
ſicut relegatus:licet ſibi bona adimentur:quod interdum fit,li-
cet regulariter non habeat fieri,vt ĩ.de interd.⁊ rele.l.relegato-
rũ.§ j.C.de poſtul.l.nemo.⁊ arg.ff.de pe.l.interpretatione. Ea
autem,que ſunt propria ciuitatis,a qua eſt exbannitus,amiſiſſe
credo:quia quantum ad illam peregrinus eſt,vt C.de here.iſti.
l.j.⁊ de in ius vocã.l.ſed ſi hac.§.ſed ſi per penã.Jſta ſunt ſua v̀
ba,per que,vt patet,poſuit ſuam voluntatem ponendo non in
argumentum inducendo.Patet ergo,ꝙ iura ſue ciuitatis per-
dit,ſeu a qua eſt exbãnitus,ſed iura cõmunia retinet,vt dictum
12 eſt.¶Quero,nunquid†bannitus poſſit facere teſtamẽtũ:Dy.
in d.l.eius qui.§.fin.de teſtam.dicit ꝙ ſi ei auferũtur bona,quod
equiparatur deportato ſecundum gl. in d.§.deportatos. ⁊ non
poteſt facere teſtamẽtum.Jdem tenet Spe.in tit. de inſtr.edi.
§.compendioſe.verſi.quid de bannitis.Alij cõmuniter contra,
quia negant ipſum equiparari deportato,vt dixi ſ. cum diſtin-
ctione tamen.Aut fecit teſtamentum ſecundum ius commune,⁊
poteſt,Aut ſecundum ius ciuitatis ſue ⁊ non poteſt vt puta q̃
erat in ciuitate ſtatutum,ꝙ teſtamentum poſſit fieri minori nu-
mero ſeptem teſtiũ.¶Sed nunquid poterit heres inſtitui:qui
dam ꝙ nõ quia equiparatur deportato,vt plene per Cyn.in l.j.
13 C.de hered.inſtit.Tu autem†diſtingue,aut inſtituitur in teſta
mento facto ſecundũ ius propriũ illius ciuitatis, ⁊ tunc nõ põt
14 inſtitui,q̃ illius iuris nõ eſt capax,vt patet ex p̃dictis.¶†Jtẽ
poſſet queri an bãnitus ſuccedat ab inteſtato:videtur dicendũ,
aut loqueris de ſucceſſione ab inteſtato de iure ſtatuti,vt ſi per
ſtatutum dicitur, ꝙ agnatus preferatur mulieri proximiori in
gradu,tunc non ſuccedit:quia ipſius iuris omnino eſt incapax,
vt patet ex predictis quod tene mẽti:q̃ multe alie queſtiones
poterunt fieri ſi bene inſpiciatur.Predicta vera credo in omni
bannito,qui ſecundum formam ſtatutorum impune poteſt occi
di.nam ille proprie eſt tranſfuga, ⁊ hoſtis ciuitatis, ⁊ ei ciuitas
15 poteſt indicere bellũ,vt ſ.probaui.¶Sed quero,†quid de ban
nito,qui non impune occidi poteſt,ſed offendẽs, vel qui occidit
minori pena punitur:Reſpondeo, quod talis bannitus nõ eſt
proprie trãſfuga nec hoſtis ciuitatis,vt l.amiſſione.⁊ l.capitis.
de capi.dimi.vbi requiruntur duo copulatiue,ſcilicet quod deſi
ſtat ab his,ſub quorũ imperio,⁊ obedientia eorũ quibus ſubeſt:
ſed non facit ſecundum,quia ſe contulit in hoſtiũ numero,quod
patet,quia ciuitas nõ habet eum pro hoſte,cum priuat offendẽ-
tes eum, licet minori pena,equiparatur autem talis exbãnitus
perſonis vilibus,quibus qui iniuriatur minus punitur, vt Jn
ſti.de iniu.§.atrox.⁊ §.pena.⁊ ff.de iniu.l.ſi.retinet ergo iura cõ-
munia ⁊ iura ſue ciuitatis ⁊ ſolum perdit illud quod tantum eſt
expreſſum quod perdat.⁊ ſi aliter diceretur oportet dicere om-
nem contumacem eſſe tranſfugam,⁊ hoſtem ſue ciuitatis,quod
16 eſſet iniquiſſimum.¶†Sed pone quod in ſtatutis nihil cõtine-
tur de exbãnito quid eſſet de iure communi:Dic quod de iure
communi poteſt quis exbãniri:nam annotatio,que olim fiebat,
erat quoddam bannũ.Dicebatur enim ſi non veniret intra ter-
minum quod omnia bona ſua ponantur in bonis fiſci,vt ff.de re
qui.re.l.j.⁊ no.in gl.in verb.requirẽdus.que incipit,id eſt requi-
ſitus,non eſt dubium quod iudex põt mulctare cõtumacem in-
obedientem ſibi,vt ff.ſi quis ius di.non ob.l.vnica.Nã illud eſt
bãnire,⁊ mulctare cõtumacẽ inbedientẽ ſibi, vt ff.de ven. inſpi.
l.j.§.qđ ergo in gl.ſuper verbo,mulctis que ĩcipit id eſt,aliqui
bus bannis.facit C.de epiſ.⁊ cleri.auf.item nulla cõmunitas. ⁊
17 quod no.in l.j.in vlti.glo.C.qui bo.ced poſſ.†Sz quid perdit ta-
lis exbannitus iure communi:Reſpon.perdit id quod fuit ex-
preſſum in banno,puta fuit bannitus ꝙ ſi nõ veniret intra tẽpꝰ
tale ſolueret centũ,vel perderet omnia bona in caſibus, in qui-
bus de eis loquitur.¶Jtem,quia in bono veniũt bona,nõ po
terit interim ſibi ſolui,vt l.ſi de req.re.¶Jtẽ,ſi tale crimen erit
18 qđ†infamat,interim erit ĩfamis de facto.C.de req.re.l.ſi.Eſt au
tẽ differentia inter iſtos,⁊ bannitos noſtri tẽporis q̃,qui habẽ
tur p̃ cõfeſſis ex forma ſtatuti,nec poſt bannũ audiuntur ad ali-
quã excuſationẽ:ſecus in bannitis de iure cõi, qui nõ habentur
pro cõfeſſis,vt ff.de cuſt.re.l.diuus. verſi. ſic ⁊ diuꝰ Pius.⁊ dic
19 vt ibi no.per Dy.¶†Jtẽ qđ,ſi iudex appõit in bãno,ꝙ elapſo
termino poſſit ĩpune occidi,an valeat:Dic ꝙ nõ,niſi ſit permiſ
ſum per ſtatutũ,cũ bannũ ſit quedã mulcta,vt dictũ eſt, ſemper
debet eſſe pecuniaria,vt ff.de verbo.ſignifi.l.aliud.§.inter mul-
ctã.⁊ etiam mulcta,que a maioribus iudicibus infertur, non po
teſt vltra tantam ſummam aſcendere,vt C.de modo mulct.l.eos
qui.Jſte autem iudex pro mulcta imponeret penam corporalẽ:
ergo,⁊c.Ex predictis patet quod exbanniti ſecundum formam
iuris non ſunt tranſfuge, nec hoſtes, quia non poſſunt impune
offendi,⁊ ſic retinẽt iura ciuitatis Romane.Jtem iura ciuitatis
ſue.Et hec materia bannitorum dixiſſe ſufficiat, que licet vera
mihi Bar.videantur:ſcribo tamen, vt alijs materiam inueſti-
gandi tribuam,⁊ vt materia quotidiana bene minus intellecta
lucem veritatis aſſumat,⁊c.

ADDITIO.

a Th.D.¶Primo videamus.Jſte tract.eſt bar.⁊ de ipſo memi-
nit idem Bar.in extraua.qui ſint rebelles in ver.rebellando.in
verſi.Reges vero,⁊ ciuitates, vbi remittit ſe ad ea que dicit in
tracta.de bann.noſtri temporis,⁊ iſtum pro tract.Bart.alleg.
Jaſ.in l.j.col.pen.verſic extra glo.querunt docto.hic.C.de here
dib.inſti.tamen iſte tractatus eſt inſertus de verbo ad verbum
per eundem Bart.in diſpu.ſua incip.Lucane ciuitatis ſtatuto,
in ver.ſaluatoris noſtri.ibi,primo igitur videamus,vſque ibi ad
argumenta ⁊ rationes in contrariũm factas, ⁊ ponas hic addi-
tiones,quas ibi ſcripſi.

Tractatus exbannitorum.

a PRimo quero an exbannitus poſſit agere contra ali-
quem ſuum debitorem, vel ſue rei de-
tentorem: Et videtur, ꝙ ſic. Nam ⁊
relegatus bona ſua reti-et:vt ff.de in-
terd.⁊ relega.l.j.⁊ ff.de bõ.eo.qui mor.
ſibi conſci. l. ij. in ſi.ergo videtur quod
agere poſſit. Facit ad hoc ff.de bono.
poſ.l.edicto.§.rei autem capitalis.Et hoc verum,niſi bona ſim-
pliciter fuerint adempta.Facit ad hoc.C.ſi pend.appellamors
interue.l.ij.Sed contrarium puto,ad inſtar excommunicati qui
agere non poteſt:vt in decret. de offic. iudic.ordina.c.ij.⁊ extra
de iudic.c.intelleximus. Nec videtur de iure ciuili agere poſſe
ad ſimilitudinem eius,cui aqua,⁊ igni interdictum eſt. Si enim
diceremus ꝙ agere poſſet: iam pena exbannitionis eſſet eius
premium:quod lex non vult:vt ff.ſolu.matrim.l.ab hoſtibus.in
principio.⁊ l.ſiue hereditaria.ff.de nego.geſt. Sed etiam ſtatu-
ta terrarum dicunt, ꝙ non fiat ei ius qui alijs non vult fieri ra-
tionem,⁊ poteſt induci in arg.illud not.ad hoc,Quod quis fa-
ſemper expectet,vnde ſi non faciat alteri ius nec ſibi fieri expe-
ctet,nec debet. argumen. C.de epiſco.audi.l.nemo.⁊ idem di-
citur.C.de pac.l.cum proponas.⁊ nil Judeus Judeo.C.
Jude.l.nemo.⁊ quod not.in authenti.vt cum de appel.cogno.
§.cauſas.⁊ in authenti.vt exactione inſtante dotis.§.illud quo-
que.⁊ illud,Patere legem,quam tu ipſe tuleris. Jtem quia pro-
pter contumaciam inobedientis fit exbannimentum, ſiue an-
notatio, vnde non debet ei prodeſſe: vt ff. de doli excep.l.
apud Celſum.§.illa etiam,⁊ C. de tranſact.l. tranſactionem.⁊ in
decret.de donatio.inter virum ⁊ vxorem.Sicut enim excommu-
nicatio eijcit quem a communione fidelium, in decret.de proc.
c.fina.ſic exbannimentum a communione ciuium. Et põt hoc
videri de eo qui deuiat a fide,qui hereticus dicitur,vnde bo-
num debet carere ſuffragijs: vt C. de apoſtat.lege tertia.nihil
enim debet eſſe commune exbannito cum ceteris hominib.
eximioribus, vel legibus, vt dicitur in heretico:vt C. de he-
tic.l. Manicheos. ¶Jtem quero,an actiones ſuas bannitus
alteri cedere ⁊ mandare poſſit: ⁊ ſi ceſſit,an ille, cui ceſſit poſſit
illas intentare: Et certe videtur quod non: quia iura facti
tranſitum cum ſua cauſa ⁊ cum ſuis vitijs, vt ff. de acquiren.
poſſeſſione.l. Pomponius. §.j.⁊ de excep.doli.l. apud Celſum.
§.idem tractat.in pluribus alijs.§.illius legis:nam traditio ni-
hil aliud transfert, quam quod fuerit apud eum qui tradidit.
ff.de acquirendo rerum domino. l. traditio. quia videtur quod
iſte qui habet iura ceſſa ab exbannito, agere non poſſit, ſi
nec exbannitus poterat, vt dixi ſupra in ſecunda queſtione.
Nam ſi agere poſſet:eueniret illud quod fieret alia via, contra
leg quod nec hoc licet.ff. de tutorib.⁊ curat.datis ab his.l.